

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CCCCXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295125](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295125)

CCCCXXVI.

LITTERÆ SIXTI IV. PAPÆ SUPER MIRACULA  
BERNHARDI MARCHIONIS BADENSIS.

ANNO MCCCC LXXVIII.

*Ex Tabulario Bada-Durlacensi.*

*Venerabili fratri Episcopo Ipporegiensi & dilecto filio Guillermino Cayæ Canonico, Sixtus Papa Quartus, Venerabilis frater & Dilecte fili, salutem & Apostolicam Benedictionem.*

*Fide digna Relatione accepimus, quod divina clementia multa ostendit miracula ad tumulum & Imaginem Insignis memoriæ Bernardi quondam Marchionis Badensis, Cujus corpus in Ecclesia collegiata Beatæ Mariæ Montiscalerii Thaurinensis Dyocesis requiescit, Quare deuotioni Vestræ committimus per præsentem, Ut de hujusmodi miraculis, uos diligentius Informetis, Et per Notarios autenticos & probatos, quæ comperieritis in scriptis redigi faciatis, Ac sub uestro sigillo per fidum Nuntium ad nos transmittatis. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die vicesima tertia Decembris, Millesimo Quatercentesimo, Septuagesimo Octavo, Pontificatus nostri Anno Octavo. II. Griffus.*